



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXIIIX. Mens vide Animus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

244. num. 6. Hyppolit. Riminald. *confil.* 274. num. 67. vol. 3. Farin. *i. conf. crim.* 18. n. 6. Dec. *conf.* 32. num. 24. vol. 3. cum in dolo sit, qui affirmat quod non est verum. *d. l. 9. §. 1. ff. de dol.* Cravett. *confil.* 2. n. 7. Unde & mendax præsumptionem delicti semper habet contra se, Boer. *decis.* 164. num. 29. part. 1. Foller. in *pract. crim.* in verb. *ad defensionem post num.* 5. Jacob. Port. Imolenf. *conf.* 94. num. 37. & *conf.* 96. num. 33. Boff. *rit. de indic. num.* 36. Roland. *conf.* 14. num. 19. vol. 4. Itaque contra eum judicari debet, §. ult. *Inst. de fideicom. hered.* Farin. *lib. 1. conf. crim.* 50. num. 37. facit enim se suspectum, c. 14. de præsumpt. adeo ut mendax in uno præsumatur mendax in omnibus, *l. cum de indebito.* 25. ff. de probat. Paris. *conf.* 90. n. 29. vol. 1. Jac. Port. Imolenf. *conf.* 94. n. 6. siquidem mendacium ingens præbet indicium doli & criminis & alicujus commissi, ut etiam judex possit ob mendacium ad torturam procedere, etiam si alia extrinseca indicia non præcedant, Bart. in *l. fin. num.* 3. & 4. ff. de quest. Bald. in *l. presbyteri.* num. 2. C. de Episc. & Cler. Angel. in *tract. de malefic. in verb. fama publica.* vers. *non queritur.* Franc. Brun. in *tract. de indic. & tortur.* col. 2. vers. *quero an mendacium.* Hyppolit. de Marf. in *pract. crim.* §. diligenter. num. 74. & 98. Regner. Sixtin. in *Conf. Marpurg.* *confil.* 12. vol. 3. num. 28. de quo tamen an & quando faciat indicium ad torturam, vid. regulam cum suis ampliationibus & limitationibus positam per Felin. in *sua pract. crim. part. 1. tit. de indic. & tortura quest.* 52. num. 1. & seq. Sic negantem per mendacium, à LL. etiam puniri exempli loco sit. *l. fin. ff. de rei vindic. & l. qui servum.* 20. §. in iure. ff. de interrogat. ubi dicitur, quod si quis se possidere negaverit, & possideat, auferatur ab eo possessio. ad idem vid. Jac. Phil. Port. *lib. 1. comm. concl. reg.* 30. in princip. & Rol. à Vall. *conf.* 80. n. 8. vol. 4. sic vigore *l. contra negantem.* C. ad L. Aquil. contra negantem damnum se injuria dedisse & de mendacio convictum in duplum actio datur, Laurent. Tentin. de *Cautel. caut.* 169. num. 2. Simile exemplum extat & in *l. si dubitet Creditor.* 10. §. ita. demum *1. de fidejussor.* ubi fidejussor (ut qui divisionis beneficium habet) si neget se fidejussisse, beneficium suum ob mendacium amittit, & ideo videmus præter exempla à Bart. ibi tradita, & Vassallum negantem feudum, rem feudalem ob mendacium perdere c. 1. §. Vassallus si de feud. fuerit contr. Abb. in *cap. ceterum.* n. 21. post Jun. ibid. extr. de judic. Rip. in *l. qui cum se.* num. 1. ff. de re judic. ubi alia similia exempla ponit. Arnold. Ferronius in *consuet. Burdegat. tit. de feud.* §. 5. Jul. Clar. in *§. feudum.* quest. 59. in *fin. pr. Duen. reg.* 325. & *reg.* 329. Jason. in *l. fin. à num.* 4. usque ad 11. inclusive. Cattel. Cott. in *memorabil. jur. verb. negans.* Idem esse & in socio, qui propter mendacium conveniri in solidum potest, cum sine mendaco conveniri alias non possit, nisi in id quod facere potest. ex *l. si unus.* 62. ff. pro soc. probat Gothof. in *not. ad Schneidevv. in Comm. ad Inst. de fidejussor.* §. si plures. n. 20. lit. c.

VI.

Per mendacium veritas occultatur. *l. fin. de rei vind. l. servus.* 20. §. si persuaserit. *1. de dol.* Alex. *conf.* 77. in *causa accusationis.* num. 1. vol. 1. Grammat. *conf.* 5. num. 6. cum allegatis per Decian. *resp.* 32. num. 28. vol. 3. Pantischnann. 2. quest. *practic.* 21. num. 130. Unde mendacium ambire dicitur is, qui veritate inventa, amplius quid querit. Honthem. *1. de art. Notar. cap.* 15. num. 15. falsum enim est omne quod primordio veritatis non juvatur. *l. cum filius.* 76. §. heres. 3. ff. de legat. 2. & mendacium veritati præferri nulla patitur ratio. Nov. Leon. 19. Unde licet tenue sit, nihilominus tamen perlucet, si diligenter inspecteris, Senec. *epist.* 79. mendacis itaque semper obviandum. *l. 1. §. 5. de Carbon. edict.* Conf. omnino Racemat. *nost. Crimin. pag.* 252.

CAP. XXVII. De Mendicis.

Axioma 1.

Mendicis ne repleatur Civitas publicè interdicta. *Carpz. P. 2. Dec.* 157. n. 14. hinc mendicantes validi & ignavi in Republ. non tolerantur. *Idem. Def. Confil.* L. 2. *def.* 324. n. 7. tisque ne quidem in foro conscientie elemosyna danda. *Id. def.* 325. n. 1. nec mendicare à Magistratu omnibus concedendum, liberique mendicorum ad laborem apti ipsis adimantur & opificiis addicantur, aut servitiis, si parentes iis carere possunt. *Brunnem. ad l. fin. C. de Mendic. valid.* n. 7. & 8.

II.

Mendicantes falsarii, Brandbettler/ die auf falsche Brieffe betteln/ aut sine literis ac sigillis morbos, vulnera & defectum naturæ falso simulant, fugigatione puniuntur, non attentam quantitate pecuniæ collectæ. *Carpz. Pract. Crim. P. 2. Q. 93. n. 72. seq.*

CAP. XXIII. Mens vide Animus.

Axioma 1.

Mentis sanæ quilibet esse præsumitur, adeo ut contrarium dicenti onus probandi incumbat. *cap. fin. extr. de success. ab intest. gl. in l. filium. emancip. de acquir. hered. Dd. in l. Codicillos. & in l. furiosum. C. qui test. fac. poss. & in l. fin. C. de hered. instir. Bart. in l. is potest. num. 137. de acquir. hered. Bald. in l. 1. num. 1. ff. de condic. instir. Patif. *conf.* 87. num. 1. & 2. Mantic. de conjecl. ult. volunt. lib. 2. tit. 5. & 6. atque ita sanæ mentis esse præsumitur testator (utpotè in quo mentis sanitas maximè necessaria. *l. 2. ff. qui test. fac. poss.*) si prudenter testatus sit, quod apparere potest ex eo (1.) quando pro anima sua legavit, quæ omnibus merito est anteferenda. *l. sanctimus.* 21. in *fin. C. de SS. Eccles.* (2.) quando instituit heredes ab intestato successuros, quod argumentum esse sanæ mentis, ait Corn. *confil.* 232. num. 4. & *conf.* 319. num. 2. vol. 1. add. Grat.*

con-

consil. 90. num. 29. vol. 2. & 3. quando consuluit bene de se meritis. Alex. consil. 12. col. fin. vers. & dictum Petri vol. 1. Vult. lib. 1. Consil. Marpurg. 29. num. 29.

II.

MENS magis debet attendi, quam verba, quia mens potentior est verbis, l. Labeo 7. in fin. ff. de supellect. leg. l. nominis & rei. §. verbum 1. ff. de verb. signif. Armendar. in proem. addit. ad recopil. legum Navarrae. numer. 19. Sigism. Scacc. de appellat. quest. 4. n. 21. & de commerc. §. 1. quest. 1. n. 28. cum seqq. & num. 358. & 577. & seq. & recopil. 10. num. 36. & §. 6. gloss. 1. n. 11. vers. quia. Mar. Giurb. in consuet. Messanen. in proem. n. 5. Stephan. Gracian. discept. forens. tom. 4. cap. 769. num. 21. & cap. 755. num. 23. & tom. 5. cap. 814. num. 14. & verba trahuntur ad mentem, & rationem, non è contra, Oldrad. consil. 9. vers. item cum iura dicant. num. 3. & 4. Federic. de Senis consil. 4. num. 5. vers. multum est. Jason. consil. 140. col. 5. lib. 2. ubi quod interveniendum est menti, & illi adhaerendum, si apparere potest. Ancharan. consil. 219. Mirum. numer. 5. ubi quod verba impropriantur, ut deserviant menti, latè Card. Tusch. pract. concl. tom. 5. lit. M. concl. 199. per tot. [imò & secundum ipsam mentem verba dijudicantur, restringuntur & ampliuntur, etiam quod de mente confit per extrinsecas conjecturas potius, quam secundum corticem verborum, l. semper in stipulationibus 30. ff. de reg. jur. Castren. in consil. 148. Viso & examinato puncto. num. 1. in fin. vol. 1. novissimorum. Bertazol. consil. decis. 1. consil. 2. num. 10. absurdi enim vitandi causa sapissimè fieri solet, ut non tam sermonis, quam idonei sensus aut recta juris ratio attendatur. l. si Titio 19. ff. de usufr. legat. scire. 13. §. aliud. 2. ff. de excus. tut. l. 6. §. 3. ff. comm. pred.]

Amplia primò in contractibus, in quibus potius attenditur sensus & mens, quam verba, [l. ult. C. quæ res pignori obl. l. in conventionibus 219. ubi Alciat. ff. de V. S. cum aliis traditis latissimè per Tiraquell. in repet. l. si unquam in verb. libertis. num. 18. C. de revoc. donat. Alex. consil. 28. Visi. in princip. lib. 1. & consil. 34. Viso instrumento. num. 3. lib. 2. & consil. 103. Quoniam. num. 3. & 4. lib. 6. Abb. consil. 43. Videtur. n. 4. lib. 1. Cravett. consil. 33. num. 21. Cardinal. Tusch. d. lit. M. conclus. 99. n. 55. & 73. quia à mente pendet substantia contractuum. Paris. consil. 78. num. 10. lib. 1. Roland. à Valle consil. 68. n. 45. lib. 3. Rot. decis. 700. n. 7. apud Farin. p. 2. recent.

Amplia secundò in omni ultima voluntate, Roland. à Valle consil. 35. n. 3. lib. 3. & consil. 70. num. 38. eod. lib. ubi quod regina dicitur mens in ultimis voluntatibus, quæ obtinet primum locum, Rot. decis. 663. n. 1. apud Farin. p. 2. recent. ubi quod mens testatoris in interpretandis ultimis voluntatibus potius attendenda est, quam nimia Juris subtilitas. Cardin. Mantica. de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 3. num. 9. ubi quod pro servanda mente & voluntate testatoris receditur à verbis, Cast. consil. 264. Videtur dicendum, lib. 2. ubi loquitur in substitutionibus, Angel. Aretin. consil. 32. n. 2. vers. quinimò. ubi quod impropriantur verba in voluntate, ut mens conservetur.

Amplia terriò in omni dispositione, Roland. à Valle consil. 61. n. 35. lib. 2. ubi quod ex conjecturis elicitur, Abb. consil. 75. n. 7. lib. 1. Card. Tusch. d. conclus. 199. n. 77. & 85. ubi n. 90. limitat, quando non constat de mente, quia tunc standum est verbis, & n. 91. post Alex. consil. 32. n. 5. & 6. lib. 7. etiam limitat, quando mens, vel ratio est dubia, quia attendi debent verba.

Sic etiam Mens debet attendi præsertim in rescriptis, gl. verb. intentiones, in c. si propter. de rescript. n. 6. Socin. consil. 59. n. 4. vol. 1. Surd. decis. 268. in fine. quos refert Octav. Glorit. resp. 2. num. 7.

[Declara hæc omnia procedere tum demum, si neque honestati, neque pietati, neque verecundia, neque utilitati publicæ repugnet, aut eam lædat. Si enim absurdum, si illicitum, si inhonestum, si pessimum quiddam inde sequatur, voluntatis quæstioni minimè locus erit. arg. gloss. ad l. in remandata. C. mandat. cum hominis voluntas & quælibet ejus dispositio se debeat ad Legem legisque honestatem habere, tanquam ad suam causam finalem, adeò ut si ab ea dissentiat, pro nulla voluntate, pro non acto, pro non cogitato habeatur. Jason. in l. post dotem 39. vers. & conclusio. ff. solut. matr. per l. 1. ibidem q. Bart. Cod. de falsis causis adject. l. non dubium §. ubi Bald. Coras. Bart. C. de LL. l. nemo potest. §. ff. de legat. 1. l. 3. §. pro illo. ff. pro soc.]

III.

MENS ex proemio colligitur, cap. ex multa 9. §. secundo quævisisti, de voto. [l. fin. ff. de hered. instit. Castren. consil. 148. num. 2. Dec. consil. 379. num. 1. vol. 1. Alciat. in l. conventionibus. in pr. d. V. S.] Tiraq. in tract. Cessante causa, limit. 1. n. 65. Mascard. de probat. concl. 1284. num. 6. Gutier. pract. lib. 1. q. 89. à n. 3. Octav. Glorit. resp. 1. p. 3. n. 136. Rot. decis. 619. n. 5. apud Farin. p. 2. recent.

IV. MENS

IV.

MENS Principis talis præsumitur, qualis de Jure esse debet, *Jas. in l. causas n. 6. C. de transact. Gram. conf. 34. n. 3. & conf. 45. n. 33. in crim. Dec. conf. 64. n. 7. & conf. 580. n. 2. Godadin. conf. 101. n. 10. quos refert Octav. Glorit. resp. 6. n. 52. in fine.*

CAP. XXIX.

Mensura.

Axioma I.

Mutata rerum mensura vel turbata, omnia reliqua mutari necesse est. *Arnif. lib. 2. cap. 7. de Majest. num. 2. mutato enim mensuræ statu & ista quoque mutata & alia effecta dicitur. l. qui res 89. §. aream 8. ff. de solut.*

II.

Mensuræ sunt secundum consuetudines locorum vicinorum, text. & gloss. in c. 1. verb. in unoquoque. *Nov. 120. in pr.* Est enim in contrahentium potestate, quibus mensuris & pretiis vina comparentur, *l. Imperatores 71. ff. de contr. empt.* Unde regulariter singulis licitum est ponderare, ad quælibet pondera quæ justa sunt, siquidem omnia, quæ sunt de genere permissorum, etiam permissa intelliguntur, si specialiter non reperiuntur prohibita. *l. nec non 28. §. 3. ff. ex quib. caus. maj. l. arbitrio 18. §. de eo 3. & ibi gloss. ff. de dol.*

III.

Mensuræ augmentum cui non obest, ei nec diminutio prodesse debet. *l. damni 18. §. si is qui 5. ff. de damn. infect. arg. l. 4. ff. de R. l. Phil. Modic. q. 79. ut paritas quæ servari debet servetur. arg. l. ratas 7. C. de rescind. vend. l. si quis 17. C. de testib.*

IV.

Ob falsam mensuram res vendenti adimi eique multa dictari potest. *Perez. C. ut nemini liceat in coemptione. n. 7. 8. imò is dupli poenâ tenetur & relegatur. l. pen. ff. ad L. Cornel. de fals. habet & fustigatio & alia poena arbitraria locum, Brunnem. ad l. fin. C. de Susceptor. in fin.* Furtum enim committit qui mensuram adulterinam habet. *l. 6. §. 1. de extraord. Crim.* Hinc ad notionem præsidis spectat, ne quis majoribus mensuris gravetur *l. pen. C. de defensor. Civitatum.* & in Civitatibus mensuræ publicæ eriguntur *l. 9. C. de Susceptor.* & ne fraus fiat, ulnæ, mensuræ atque pondera signo publico notantur, estque in urbibus libra publica, ubi merces ponderantur, cujus reditus fisco cedit. *Perez. C. de Susceptor. n. 7. 8. 9. Pistor.* qui minoris ponderis panes conficiunt, incidunt in *L. Juliam de annonâ. Perez. ibid. n. 11.* Tandem Magistratus ob iniqua pondera læsis in subsidium obligatur, si sciente & connivente eo habeantur. *Brunnem. ad l. fin. C. de Susceptor.* Adde *Perez. C. de suariis n. 10. & C. de Frument. Alexandr. n. 3.*

V.

Principis est mensuras & pondera inferioribus præscribere, & inferior tenetur formam & pondus ex Archetypo principis desumere, *Brunnem.*

ad l. p. C. de Susceptor. Hinc Magistratus Jurisdictionem habens pondera mutare nequit, *Brunnem. ad l. 15. C. de Susceptor. Conf. Myler, in Metrologiâ passim.*

CAP. XXX.

Mercatura.

Axioma I.

Mercatura derogat nobilitati, *l. nobiliores 3. ubi Bald. C. de Commerce, & Mercat. l. ne quis 6. C. de dign. l. si cohortal. 12. in fin. C. de cohort. lib. 12. Capol. in tract. de Imper. mil. delig. in materia nobilitatis opin. 18. Chassan. in Catal. glor. mundi p. 8. confid. 16. & part. 11. confid. 4. Ti-raq. de nobilit. c. 27. & 33. Hopper, lib. 2. de art. jur. tit. de re quæstor.*

Limita I. ut procedat nisi mos vel consuetudo regionis (quæ hæc dubiè servanda est) aliud induceret, *Alciat. in l. mercis. ff. de V. S. & in tr. pres. reg. 1. pres. 48. quemadmodum apud Venetos & Genueses observari tradit Mynl. 6. obs. 54. num. 12.*

Limita II. tum præjudicare nobilitati, si quis eam per se exerceat; secus si per alios, ut quia opera servorum aut infirmorum ea re quis utatur, text. à contrario sensu in *l. in honoribus 8. §. 1. ff. de vacat. muner. vid. Alber. in l. humilem. C. de incest. nupt. Alciat. lib. 2. de V. S. vers. cum verba, & d. pres. 48. num. 10. III. Si mercatura sit minuta, & IV. non œconomica sed negotiatoria.*

II.

Mercatura sapissimè est periculosa, arg. *can. consideret. 1. vers. in his de panit. dist. 5.* ideoque consulitur etiam tutoribus, ut pecuniam alibi quam in negotiationem collocent. *Joh. Gillet. de tutel. c. 39. p. 218.*

III.

Commercia debent esse libera nec impediri. *l. 34. de V. O. l. 9. C. de judic. vid. Perez. C. de Metallar. n. 15.* merces tamen quæ invehuntur & evehuntur, propter vectigalia indicandæ & inspiciendæ. Blandè autem tractandi Mercatores, neque nimis vectigalibus gravandia ut exactorum injuriis subijciendi, *Perez. C. de Littor. & l. in publicis Custod. n. 4. 5.*

IV.

Non novum neque iniquum est modum Commerciis ponere certisque personis prærogativam in emendo & conducendo tribuere, v. g. frumenti, vel civibus præ extraneis, *Brunnem. tit. C. ut nemini liceat in coemptione in fin. urgente* scil. necessitate prohiberi potest, ne frumentum extra urbem vendatur. *Perez. C. de Metallar. n. 14. 15.* Illicitæ quoque merces, quibus patria depauperatur vel hostes armantur, arrestandæ sunt & in Commisum cadunt, navisque confiscatur, nisi Dominus ejus ignoraverit. *l. 11. §. 2. de publican. & vectigal. Perez. Dd. n. 2.*

V.

Mercimonia forensia pro extraneo & separato patrimonio habentur nullâ domicilii vel personæ habitâ ratione. Hinc (1.) mercatoris privilegium non extenditur extra domicilium, nam mercimonia istius territorii jure censentur